Caj. 81.

# D. LINI ROMANORVM PONTIFICVM SECVNDI DE SVI PREDECESSORIS DIui Petri Apoſtolorum Principis, & coriphei (ſic enim loquitur diuus Dionyſius Areopagita) paſſione libellus.

*Item eiuſdem Lini de paſſione diui Pauli libellus alter.*

*PARISIIS,*
Apud Guillelmum Chaudiere,
Iacobæa ſub temporis inſigni.
1566.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

# GVILELMVS MALERBAVLT BACCALAVREVS, Theologus, & Prior Sorbonicus antiſtiti literatiſſimo & religioſiſſimo, fratri Franciſco de Neufville, Abbati Grandimontenſi ſalutem.

*Veterum monumenta diurna nocturnaq́; manu verſans (Antiſtes ampliſſime) incredibili penè cura non apud eos tantùm qui veræ pietatis cultores extitêre, ſed apud Barbaras etiam gentes non à prīcipibus modò & viris primæ dignitatis, ſed à priuatis quoque hominibus ingenti librorum copia in vnum congeſta bibliotecas mirè ornatas cōperio. Nam quam Piſiſtratus olim Athenis magnis ſumptibus libris ex pleriſque locis comportatis bibliotecā ſtudioſe confecit, Eam Xerxem vrbe potitum tanquam pretioſiſſimū theſaurum. In Perſidem deuehendam iuſſiſſe, eandémque poſtea Seleucum Nicanorem ex Perſide in Syriam magno deſiderio tranſtuliſſe*

## D. LINI EPISCOPI DE *Paſsione Petri tradita Eccleſiis orientalium, & deinde in Latinum conuerſa, Liber primus.*

POST multimoda & multifaria viæ vitæque ſalutaris documenta, & eximia atq; celeberrima miracula oſtenſa, & diuerſa cum Simone Mago aliíſve q̃ plurimis Antichriſti præconibus pro nomine veri Chriſti certamina, poſt paſſionem quoque multiplicẽ, & flagellorum acerbitatem, & carcerũ ſqualorem horrificum, cùm eſſet exultans in domino beatus Petrus, & gratias agens nocte ac die cum fratribus, in turba venientium ad fidem Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti, intentus orationibus ac doctrinæ, cæteríſ-

que

## D. LINI EPISCOPI DE *Paßione Pauli tradita Eccleſiis orientalium, & deinde in Latinum conuerſa, Liber ſecundus.*

CVM veniſſet Romã Lucas à Galatia, & Titus à Dalmatia, expectauerunt Paulum in vrbe. Quos cùm adueniens Paulus vidiſſet, lætatus eſt valde, & conduxit ſibi extra vrbem horreum publicum, vbi cum his & aliis fratribus de verbo vitæ tractaret. Cœpit interea colligere multitudinem maximam, adiiciebantúrque per eum fidei multæ animæ, operante dei gratia, ita vt per totã vrbem ſonus prædicationis & ſanctitatis ipſius fieret, & exiret fama per vniuerſam regionem de illo. Iam enim admodum innotuerat orbi Romano ſignis & prodigiis, & doctrina multa,